



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Admiratio Justorum. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Universale, & infinitum in quantitate, & in duratione, quia est immensum & æternum; at labor crucis est modicus, valde exiguus est in quantitate, & brevis in duratione, est crux instantanea, & momentanea, punctum in intentione, & momentum in duratione: sed est punctum, quod nobis acquirit immensitatem Gloriæ, & est momentum, quod comparat nobis paradisi æternitatem.

XL.

Bonum Universale, quod universali etiam tribulatione, & pœna comparandum esset.

*Eterna Gloria æternò labore esset emenda. Verùm misericordia Dei tantùm haud petit, sed pauxillo contenta est: dat cœlum pro siliqua terræ, dat æternitatem pro momento temporis: *Damus luxum*, dicebat S. Cæcilia, *In actibus accipimus aurum*: cum operum nostrorum vilitas exaltetur ac nobiliteretur valore Gratiæ. Sed hoc pauxillum, quantumcunque est, & datur pro gloria, totum dari debet: quia hoc ipsum est, quod à nobis Dominus postulat, nimirum, ut ex toto ei serviamus, eumque amemus. Et hac solutione optimè contentus est, qui enim dat totum, dat omnia: & non parùm, sed multùm dat, quia tantùm dat, quantum habet.*

PARADISUS,

Admiratio Justorum.

XLI.

Paradisus, admiratio iustorum, propter pramium Beatorum, & pœnam Damnatorum.

Vita nosira, stupor & pavor. Et vult dicere: homo Esdr. li. 4. Christianus in hac vitâ vivere debet in continuo c. 4. stupore

stupore & timore: in timore æternæ pœnæ Inferni, & in
stupore & admiratione æternæ Gloriæ cæli. Prima causa
admirationis in beata vita est infinitas Gloriæ: quia est
gloria in omni genere boni infiniti. Etenim si consideretur
retur visio beatifica, est infinita: si amor, est infinitum
gaudium, infinitum: si laus Dei, infinita: & idem afferendum
est de omnibus perfectionibus & bonis, quæ in
Gloria reperiuntur. Gloria est Beatitudo infinita, quæ
versatur circa objectum infinitum, quod est Deus. Quod
propter vitam unius Iusti in terra debet esse in cœlesti
gaudio, admirando infinita cæli bona, & sperando
bona finita & limitata terræ.

XLII.

*Paradisus, admiratio Iustorum, propter
Gloriæ immensitatem.*

Immensitas Gloriæ in Beatis est causa admirationis
quia est quædam Gloria unius immensæ capacitatis
in se contineat & amplectetur omnia genera bonorum
naturæ & gratiæ: & bona materialia & spiritalia
naturalia & supernaturalia: & humana & Divina.
status, ut paucis plura complectar, omnium bonorum
gregatione perfectus, quietans, satians & beatificans
humanum.

Hortius.

XLIII.

*Paradisus, admiratio Iustorum, propter
Gloriæ æternitatem.*

Adauget in Sanctis admirationem æternitas Gloriæ
quia est Gloria interminabilis sine termino, & sine
induratione: siquidem interminabilis etiam, & sine
fine existunt eius causæ. Interminabile est lumen Gloriæ
causa effectiva Gloriæ, & interminabilis est Deus, causa
eiusdem objectiva. O Gloriam æternam! O Gloriam
sine termino! O Gloriam sine fine! Quis comprehendere
potest durationem tuam? Hoc dicere sufficit: Tanto
tempore Beatus erit in Gloria; quanto tempore
Deus erit Deus, beatus & felix
in seipso.

XLIV.

XLIV.

Paradisus, admiratio Iustorum, propter felicitatis immutabilitatem.

Beatis insuper superaddit stuporem immutabilitas Gloriz. Siquidem summo opere admiratur Beatus, quod semper eodem modo persistat absque ulla mutatione aut variatione, & non per lustra aut secula quaedam; sed *in aeternum & ultra*, semper & eodem modo gloriosus & beatus, sine intermissione, sine remissione beate visionis suae. Et hæc stabilitas Gloriz dependet quoque à suis causis invariabilibus: siquidem lumen beatificum, quod efficit visionem, est permanens & invariabile in natura sua, & Deus, qui videtur, est ipsa immobilitas, & immutabilitas per essentiam.

XLV.

Paradisus, admiratio Iustorum, propter gloria puritatem.

Sicut Deus in tota sui esse latitudine est actus purus, unde essentialiter est omne esse, omnisque perfectio; ita, suo modo, Gloria beata est pura in sua natura, in quantum excludit omne malum contrarium, sive illud sit malum culpæ, sive quid aliud, quod ei quodammodo rationem defectus attribuere potest. O Gloria! O gaudium! O jubilum purissimum, absque ullius tristitiæ dolorisque admixtione!

Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.

Apos. XI.

PARA-